

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Decima e  
cum fonte primo

Iusticiam, misericordiam et fidem  
propter suam gloriam mandavit Deus,  
sed decimas  
propter sacerdotes.

Crisostomus super illud Matthei XXIII.:  
Qui decimatis mentam et cetera.

Scimus quia servare  
justitiam, et facere misericordiam, et habere fidem,  
propter gloriam suam Deus mandavit:  
decimas autem offerre Deo,  
propter utilitatem sacerdotum:  
ut sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequantur,  
populi autem in carnalibus sacerdotibus subministrarent.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, 44  
(PG 56, col.884).